

Q.K.
412,
15.

II
368

EPISTOLA
AD
PRÆCEPTOREM PARENTIS INSTAR FILIALI
CULTU AD URNAS DEVENERANDUM,
VIRUM SUMME REVERENDUM, AMPLISSIMUM
ATQUE EXCELLENTISSIMUM,
DOMINUM
CHRISTIANUM
LUDOVICI,

Hæreditarium in Sietzsch, Gœrdenitz & Kühna,
apud Lipsienses

Organ. Aristotel. Prof. Publ. Ord. & LL.OO. ac Talmud.
Extraord. B. Mariæ Virginis Collegii Collegiat, & Scripturæ S.
Licentiatum celeberrimum,

in qua
EI DE NOVO
DOCTORIS THEOLOGI
TITULO

LIPSIAE, DIE XXVII. APRILIS, M DCC XXIV.
rite collato decenter gratulaturus
de

SCHOLIS PROPHETARUM
breviter strictimque differit

M. ADAMUS FRIDERICUS TRAINER,
Promnitio - Misnens.



Salutem ex Salutis Fonte omnigenam !

VAticinandi donum, quo olim Prophetæ in Veteri & sub initio Novi Foederis pollebant, non ipsorum sagacitati, ingenio, temperamento, aut aliis causis naturalibus adscribendum, * (sicut delirant SPINOZA Tract. Theologico - Polit. C. II. p. 18. sq. & PETRUS PETITUS de Sibyllis L. I. c. VIII. refutatus a WITSIO L. I. Miscell. sacror. C. VIII. usque C. XIV.) ** sed soli Deo, & appropriative, ut in Theologorum Scholis loquiantur, Spiritui S. πάντα, καὶ ταῦτα τῷ Θεῷ ἐπενώντι 1. Cor. II, 10. in acceptis referendum esse liquido constat. ** Hanc vero facultatem licet non alia ratione natü fuerint, quam per immediatam Dei ἔλαυνην & revelationem, cuius ex Num. XII, 6. 7. 8. quinque potissimum genera, nempe **רָאֵן visionem, שְׁנִינָה somnum, תְּרוּמָה anigma, תְּרַמְּנָה figuram & פְּנִימָה allocationem divinam** soli Moysi cum angelis propriam statuimus: * naturalis tamen ejusmodi hominum ἀπὸ Πνεύματος οὐχ Φερομένων dispositio, animi præparatio atque diligentia ad acquirendum Spiritum fatidicum insuper requirebatur. Ordinaria hæc inter media primum olim obtinebant locum Schole Prophetarum, in quibus tanquam Gymnasiis ac Publicis Academiis studiosa Juventus Theologiae in primis diviniorisque sapientiae cognitione imbuēbatur. Magistri ac Professores in his docentes erant Prophetæ, aliqui viri divinandi potestate pariter ac pietate, Spiritu illuminante & sanctificante prædicti, ** quorum agmen ducunt Moses, Samuel, David, Nathan, Salomo, Elias & Elisa, quique variis in Sacro Codice insigniuntur nominibus. ** Discipuli vero ab illorum ore & nutu pendentes **בְּנֵי חֶנְבָּיאוֹן** Fili Prophatarum audiebant 2 Reg. II. IV. VI. aliisque locis. Hi enim Doctores suos veluti *Patres* filiali prosequabantur hono-

* Sibyllæ Erythrææ nimirum adscribere mihi videtur B. Franzius de Interpr. Sc. S. p. 161. sq.

** Vid. Summe Rev. Job. Gotlob. Carpzovii Exercit. Theologico-Histor. de Ecclesiis Judaicæ Prophetis in genere §. 4 & §.

*** Jef XLII, 22. sq. XLIII, 12. XLIV, 7. Amos III, 7. 2 Petr. I, 20.

* B. Glasseus in Phil. S. L. I. Tract. IV. Sect. 1. C 1. Rabbini undecim revelationis Propheticae modos, alii alios faciunt, quos accurate recenser Dn. L. Job. Gottl. Carpzovius l. c. §. 6. & 7.

** Quamvis non omnes officio, dono tamen erant Prophetæ.

*** Vocantur **רְאֵן, שְׁנִינָה, תְּרוּמָה, נְבוּנָה** &c. quorum nominum significationem & discrimen evolvit Dn. L. Carpzovius disp. cit. de Eccles. Jud. Prophetis in genere §. 1 & 2.

honore atque obsequio, sicut *Elisæ* *Eliam* expresse Patrem suum vocat
2 Reg. II, 12. quo nomine etiam ab aliis ipsisque Regibus maestabantur
2 Reg. VI, 21. cap. XIII, 14. Hinc non modo ad eorum pedes sedebant
auscultandi gratia, * sed & varia ipsis præstantes servitia per quæcumque
fortunæ discrimina tanquam fidelissimi eos comitabantur *famuli*:
siquidem *Josuam* *Mosî*, *Elisam* *Elie* & *Gehasî* *Elisæ* servivisse scimus ex
Exod. XXIV, 13. & alibi; 1 Reg. XIX, 19. sq. 2 Reg. IV, 12. sq. Conf. 2 Reg. II,
1. sq. C. VI, 15. Ex hac arctiori cum ~~רְאֵלִי אֶלְיָהוּ~~ seu *Dei Viris* consuetudine ubiorem divinorum mysteriorum cognitionem acquirere,
eorumque in concionando, prophetando cæterisque muneris Propheticæ partibus facultatem ac παρηστάνει sibi familiarem reddere alla-
borasse puto, quod etiam factum est præcipue in *Josua* & *Elisæ*, quo-
rum prior parem fere Mosaici, alter duplum Eliani spiritus, seu futura
prædicendi & miracula patrandi donorum mensuram fidelitatis quasi
præmii loco deportavit, Num. XXVII, 18. sq. Deut. XXXIV, 9. 2 Reg.
II, 9. sq. Namque interdum ad varias obeundas functiones & edenda
miracula admittebantur, quo nimurum suo officio feliciori aliquando
successu præesse possent, quod legimus de *Gehasî* 2 Reg. IV, 29. sqq. qui
vero propter avaritiam ejusmodi hominibus Deo sacris in primis de-
testandam lepra affectus spe vatis partes post Elisæ obitum tuendi ex-
cidit. Conf. C. IX, 1. sq. Præterea suis Dominis & Praceptoribus, quan-
do illi scribendi mandatum habebant, a manibus erant, quæ res *Baru-
chi*, ** *Jeremiæ Ammannensis*, exemplo evinci potest, Jer. XXXVI, 4. seqq;
licet eiisdem temporibus turbulentis ejusmodi exercitia & Scholæ
Propheticae, quia Musæ pace ac tranquillitate optime conservantur,
jam turbari inciperent. Illas vero longe antea floruisse, quanquam
loca, ubi extiterint, semper certo indicari nequeant, extra omnem pos-
sumus est dubitationem. Evolvatur ALTINGIUS in *Hist. Acad. Hebr.*
& Magnif. BUDDEUS in *Hist. Eccles. V.T.* qui juxta seriem temporum
plures de hac re dabunt auctores amplioremque differendi materiam.

X(2

Sane

* Quorundam exempla, qui sine previa institutione propheticis impleti fuerunt donis, ut Amos
potius inter rusticos & pastores, quam in Scholis inter Prophetarum filios versatum esse
legimus, *Amos* I, 1. huic sententiae nihil derogant.

** Hunc Baruchum cum illo, qui librum inter Apocrypha reliquit, eundem fuisse Pontificij
perperam statuunt, siquidem hic Babylonæ vixit, Baruch, I, 1, noster vero cum Jeremia in
Ægyptum migravit, *Jer.* XLIII, 6.

Sane *Mosen*, omnium Prophetarum Principem, ejusmodi Professoris, ut dicunt, partes tuitum fuisse, ac Josuam aliosque in omni humana, quam callebat, *act. VII*, 22. ac divina sapientia instruxisse credo, quod in Monte Sinai, & post modum in *Tabernaculo*, aliisque deserti locis fieri potuit, quippe ex quorum deinceps numero Venerandum septuaginta seniorum collegium Mosis spiritu ac πνεύματι dono instructum prodibat. *Num. XI*, 16. 17. 25. * De quibus senioribus & Spiritu Mosis in eos posito omnino legi meretur Summe Rev. LUDOVICI, PATRONI ac PRÆCEPTORIS, cui hæc scribimus, cum cura colendi *Exercit. Theol. adh. I.* in Panegyri Doctorali exhibita. Et quanquam sequiora tempora ejusmodi Scholas habuisse nullus dubito, ** maxime tamen inde a *Samuelis* temporibus celebres fuisse, & ad summam pervenisse fastigium e Scriptura patet. Has inter tres potissimum notandæ occur- runt, nimirum בְּבִעַת הָלֹהֶן collis Dei, *1 Sam. X*, 5. *Najoth in Rama*, cu- jus ipse *Samuel* seu *Praefectus* dicitur *1 Sam. XIX*, 19. 20. quemadmo- dum & reliquarum inspectionem gessisse veritati consentaneum est. Mons Zionis ubi משכֵן עֲרוֹת habitaculum *Testimonii* extructum erat, cuius Academia Professores & Rectores Magnificentissimi erant *David* ac *Salomo*, non solum Philosophiae, sed & divinandi, pangendorumque carminum sacrorum facultate celebres; *Vid. ALTINGII Acad. Hebr. p. 23.* & *conf. 2 Sam. XXIII*, 1. 2. 1 *Chron. XXVI*. 1. sq. ubi Prophetæ sacra Poë- seos arte tincti memorantur, quorum choragi erant *Assaph*, *Iedithun* & *Heman*, v. 5. 6. *1 Reg. IV*, 31. seq. *2 Chron. VII*, 6. *** Post Regni divi- sionem tria iterum in Sc. occurrunt loca, quæ Prophetarum semina- ria dici merentur, *Bethel*, *Hiericho* & *Gilgal*, quorum Præses *Elias*, & post

* Sunt conjecturæ, quas nemini obtrudere volo, quia alii Scholas publicas jam tum fuisse dubi- tant. Responderi vero posse mihi viderur, quod licet non eo modo constituta fuerint sicut hodiernæ, earum tamen existentia plane negari nequeat. *Vid. Vener. Dn. D. Budde; Hist. Eccles. V. T. Period. 2. Sect. 1. §. 35.*

** בְּבִעַת הַמּוֹרָת collis *Mors* seu *Doloris* *Jud. VII*, 1. publicam ejusmodi Academiam significare, autumat *Altingius* l. c. p. 22. *Conf. Goodwini Mosen & Aaronem L. II. C. II. p. 378.* cum not. Hotting. ut alia locatae am.

*** Imo ipsa Aula Regia tale repræsentabat Gymnasium illustre, in quo non solum Nathan Principem Regium eruditiebat *2 Sam. XII*, 25; sed & ipse Salomo postmodum omnium do- gitissimus tantum acquirebat famam, ut longe distita gentes, in quibus ipsa Sabæorum erat regina, sapientia Salomoris audienda desiderio flagrantibus approperarent, *1 Reg. IV*, 34. *C. X*, 1. sq. Quod vero *C. VI. Sapient. v. 13* - - 27. sit Programma istud, quo peregrinos ad le- ctiones suas audiendas invitaverit, ridiculum est statuere.

post ejusdem mortem *Elisa* merito creditur ex 2 Reg. II, 3-5, & C. IV, 38. Tandem *ultimis Regum temporibus* adhuc ejusmodi sedes Propheticarum publicas extitisse certum est, quia tunc plurimi, quorum scripta *Geóπνευστα* sarta habemus & illibata, vixerunt, quæ vero sub captivitate Babylonica successu temporis expirarunt. Si Pontificiis credimus, hæc loca non Scholæ ac domicilia fuerunt, in quibus obtinuerunt exercitia Prophetica, quandoquidem *BELLARMINUS*, Romanum istud Ora-culum, quod Delphici instar adorant, eas pro monasteriis venditat, ac monachatum inde adstruere conatur, quem vero refutavit *PETRUS MOLINÆUS* in *Vate L. I. C. XXIX. p. 34.* adductus in *Disp. cit. de Prophetis in genere, pag. 24, in fine.* Multo sanius de illis formant judicium alii, in quibus cum primis Viri doctrina & meritis præclarri, Dn. Lic. JOH. GOTTL. CARPZOVII sæpius nobis laudati arridet definitio, quam l. c. §. 8. p. 24. de Scholis Prophetarum suppeditat. Illæ, scribit, *Academie veluti erant omnis caelestis doctrina ac sanctimonie, in quibus Deo sacra juventus in meditatione Scripture, in cognitione Dei, ejusque partim attributorum, partim beneficiorum celebratione, in precum, hymnorumque cum primis pangendorum studio, & omni denique Theologie parte erudithebatur; tum et, in quibus pii Israëlitæ, μονοχολαιτρεῖα Jerobeamitcam detestantes, cum Jerosolymas ad Sacrafacienda tendere Regum tyran-nide probiberentur, Sabbatis & Noviluniis confuebant, ut sincera divini cultus & mysteriorum doctrina a Prophetis imbuuerentur.* Quod ex 2 Reg. IV, 22. sq. baud difficulter colligunt eruditæ; binc & captivus populus ad Ezechielem conveniebat, Ez. XXXIII, 30. sqq. Nam vero ex Seminariis istis tot Prophetarum agmina prodibant, ut Sauli recens uncto, ingens illorum obviam fieri turba i Sam. X, 10. ut Achabi tempore solus Obadius centum Prophetas abscondere, & sevienti subducere persecutioni i Reg. XVIII, 4. ut Hierichuntina Schola quinquaginta subministrare posset lectos viros, ad inquirendum Eliam, terris exemptum 2 Reg. II, 16. ut *Elisæ Schola* centum con-sistaret viris C. IV, 43. Equibus simul edocemur, in quonam doctrinæ genere filii Prophetarum instructi fuerint. Præcipue vero in primario Religionis Judaicæ Articulo de venturo Messia, quem in specie ex *Isai* radice progerminaturum nunc sciebant 2 Sam. VII, 20. sq. erudieban-tur.* Namque Prophetæ scrutati dicuntur, εἰς τίνα ἡ πόσιον καιρὸν ἐδηλώ-

X. 310. fol. 100v. margin. 10

* Vid. *Ligistostus* in Hor. Hebr. & Talm. p. 165, & *Genebrardus* in *Chronogr.* p. 116,

νό εν αὐτοῖς Πνεῦμα Χριστός, in quem autem cuiusmodi temporis articulum prænuntius ille, qui in ipsis erat, Spiritus significaret eventuras Christo perfections & gloriam illis conséceturam, i Petr. I, 10. 11.

VIR SUMME REVERENDE ea, quæ pro chartæ angustia ac virium modulo de Scholis Propheticis, tanquam ordinario medio atque animi præparatione ad extraordinarium Prophetiæ donum recipiendum dixi, nostra quoque aetate in Theologiæ comparando habitu maxime obtinent. Evidenter proficisci tur hodiernum illa Dei sapientia in mysterio i Cor. II, 7. ex Sp. S. Illuminatione & unctione omnia docente; sed, quod contra Fanaticum hominum genus notatur, ordinaria solumentummodo & mediata adminiculis verbi externi revelati interne agentis adstricta. * Reliqua itaque prærequisita & media, de quibus post tam multos magnosque viros, qui de ipsis prolixissime egerunt, dicere idem esset ac post Homerum Iliada scribere, ut taceam, proprium Sc. Sacrae scrutinium a Salvatore injunctionum Joh. V, 39. ** & ordinaria Sp. S. gratia & auxilio dirigendum i Cor. II. tot. Eph. I, 17. sqq. &c. maxime necessarium esse recte assero. Præparamur vero, ad hæc divina intellegenda oracula salutisque oecconomiam cognoscendam, in Scholis & Academiis publicis, quarum non minus post CAROLUM M. qui monasteria his usibus sacravit, quam præsertim post D. LUTHERI reformatiō nem larga est copia insignisque utilitas; *** quippe in quibus, tanquam artium scientiarumque officinis, multi viri eruditione, pietate, auctoritate, aliisque donis præstantissimi in hodiernam usque diem, quod divinæ gratiæ in acceptis referendum, docent, multaque γνῶσια τένενται εν πίστε gignunt, i Tim. I, 2. TE, VIR summe Reverende, inter hos non ultimum occupare locum, quis est, qui nesciat? Sane διπλῶς τιμῆς

* Vide Job. Georg. Neumannni Disp. de unctione omnia docente ad i Joh. II, 20. - 27. Wittenb. 1694. habita & 1718. denuo excusa.

** De Studio Biblico præter multos alios solide egit B. Fechtius in doctissima prefat. ad Sebomeri Exegeſi, in omnes Epistolas Pauli minores, Rostoch. 1700. editas.

*** De Carolo M. vide apud P. Thartonum Auctar. elegantissimi Ufferrii operis de Scripturis & sacris vernaculis p. 346. & de Lutheru ejus Epistolam ad Spalatinum T. II. Epist. fol. 235. 6. ciantate illustri Seckendorffio in Commentario Histor. & Apol. de Lutheranismo editionis germ, quæ cura Celsi. Frickii proditi sub titulo: Herr Veit Ludewig von Seckendorff ausführliche Historie des Lutherthums v. L. I. §. 158. p. 643. Conf. B. J. Farfieri Orationem Apologeticam pro Lutheru, oppositam Lutheru Academicu Jacobi Grefteri jesuita, Joh. Henr. von Seelen, Gymnasii Stadensis Con-Rectoris, Orationem inauguralem 1716. habitanit de Lutheru de scholis optime merito, plures alios.

ripiens d'ignorantiam, seu dupliciti honore dignus haberi debes, 1 Tim. V, 17.
qui duplitem in erudiendis Prophetarum Filiis operam huc usque
collocasti. Per longam enim temporis seriem hic Lipsia, non solum
Scholæ Senatotia ad D. Thomæ, sed etiam nostra Academiæ summa
cum laude præfuit, adeoque alter Samuel, qui non unius Scholæ Pro-
pheticæ fuit Magister, salutari mereris. Quemadmodum vero hic
multum expertus escalamitatis, quo præmio labores in Scholis vulgo
coronantur; (sane sunt ejusmodi afflictiones Doctorum corona &
honus,) ita multum quoque exinde in TE redundavit utilitatis. Nam,
si purioris doctrinæ Restauratoris atque Parentis, Tertii Eliæ Germaniæque Prophetæ,* B. nostri LUTHERI judicio in *Pref. Tom. I. Oper.*
*Jen. Germ. ex Ps. CXIX. Oratio, Meditatio ac Tentatio ad vivam re-
rum divinarum notitiam acquirendam, inque βάθος πλάτη και σοφίας
ναι γνώσεως οεῖ*, Rom. XI, 33. quantum mortalibus licet, penetrandum
maxime facit, sicut revera est, certe TU in tentationum Scholis veram
Θεοσοφίας non minus cognitionem quam experientiam nactus con-
summatissimus evasisti Theologus, Doctoris Theologiæ titulo du-
dum dignus, quem sola modestia huc usque admittere noluit. Præ-
terea indefessi TU labores non frustra collocati fuerunt; namque
multam & præclaram, quæ nunc Ecclesiæ & Reipublicæ prodest, sobo-
lem procreasti. Hinc felicissimum me prædicto, qui prima fere do-
ctrinæ rudimenta TUUS sub auspiciis deponendi, ac in hodiernum us-
que diem TUA informatione juxta ac Patrocinio fruendi habui occa-
sionem. TE, inquam, semper PRÆCEPTOREM atque PAREN-
TEM optimum veneratus sum, atque omni, qua par est, pietate æternum
venerabor, quippe, qui me talia non demerentem, tanquam
filium excepisti, Linguarum ac divinæ humanæque sapientiæ notitia
imbuisti, mihi cathedram Philosophicam cum TUO sub Præsidio pu-
blice disputarem, aperiisti, in delata mihi dilectissimæ TUÆ sobolis
docendæ sparta discendi occasionem præbuisti, variis beneficiis, quæ
hujus

* Vid M. Joh. Godofr. Olearii, Theol. Arnstadi. Lutherus Germanicae modernæ periclitantis Helias, oder des dritten Elias und Deutschen Propheten D. Martini Lutheri hinterlassene Prophetische Nieden und Schriften, 1664. in 8yo. Ejusque pro Lutherio Apologia contra Joh. Schefflerum sub tit. Ehren, Rettung des theuren hochbegabten Mannes Gottes, D. Martini Lutheri, daß derselbe, ohngeachtet, daß es D. Johann Scheffler, Adm. Kirche Priester in seiner Christen-Schriften widergesprochen, dennoch der dritte Elias und Deutsche Prophet sey und heisse.

AKT 368
 hujs chartæ limites non capiunt, me ornasti, meamque temporalem
 felicitatem omnibus modis promovisti, quorum aliorumque innu-
 merabilium affectus Paterni speciminum memoriam nunquam depo-
 siturus ero. Merito itaque in eis, qui novis TUI honoribus, quos, du-
 dum a Venerabili Theologorum Ordine TIBI constitutos, nunc assu-
 mis, applaudunt, non dignitate sed cordis sinceritate sum primus. Fa-
 xit supremus omnium Scholarum Præses atque Moderator, ut in Ec-
 clesiæ Scholarumque Philosophicarum, Philologicarum ac Theologi-
 carum florem perenni animi & corporis incolumitate ac tranquillita-
 te fruaris, quo Almam nostram Matrem seros adhuc annos ornare,
 ejusque filios TUA doctrina, qua longa rerum experientia confirmata
 est, maestare possis. Effundat in Te πατήστων φάρων, a quo omne mu-
 nus bonum descendit, omnigena Spiritus sui dona, propriosque surcu-
 los in DOMO TUA virentes gratia sua irrigat, ut in TUI gaudium ac
 decus poro surgant, TUAque splendidissima Familia, ITTIGIANA,
 (quantum nomen) prole juncta, perpetuum doctrinæ ac virtutis, & na-
 torum, in omnes generationes, Parentum Optimorum spiritu prædi-
 torum seminarium salutetur. De cætero, cum ipsum hoc effatum sit
 tuum: quis, quæso, vitio vertat, si quid optet sibi petatque discipulus a Ma-
 gistro? & quis Magistrorum, si vir bonus, non contendat omni nisi, ut de-
 siderio discipuli sui fratru, consilii precibusque hac in parte gratificetur?
 (in doctissima disp. supra citat. p. 25.) ut TIBI, quemadmodum Eliæ
 Elisa, perpetuo adhæream, mihi doctrinæ & amoris TUI alumno
 permitte: quare hoc unicum, PATER OPTIME, opto petoque, ut
 valeas mihique semper faveas. Scribebam Lipsiæ, die XXVII. Apri-
 lis, A. R. S. MDCC XXIV.

T U U S

Cultor devotissimus & filius

et misericordissimus,

ADAMUS FRIDERICUS TRAINER.

AS (o) SE



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches
Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

II
368

ISTOLA

AD

PARENTIS INSTAR FILIALI
URNAS DEVENERANDUM,
REVERENDUM, AMPLISSIMUM
EXCELLENTISSIMUM,

MINUM STIANUM DOVICI,

in Sietzsch, Gœrdenitz & Kühna,
apud Lipsienses

prof. Publ. Ord. & LL. OO. ac Talmud.
Virginis Collegii Collegiat, & Scripturæ S.
entiatum celeberrimum,

in qua
EI DE NOVO
RIS THEOLOGI
TITULO

XXVII. APRILIS, M DCC XXIV.
collato decenter gratulaturus
de

IS PROPHETARUM
breviter strictimque difficit

FRIDERICUS TRAINER,
Promnitio - Misnens.

LITERIS FLEISCHERIANIS.

BIBLIOTHECA
RONICKAVIANA